



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

[VII. Vtrùm gratia excitans in voluntate sit, & quæ sit necessitas, vel
munus eius.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

speciebus ab interioribus signis intellectus impressis.

Affectio 3.
Munus &
necessitas
gratiæ exci-
tantis colli-
gitur ex di-
ctis.

Ex his ergo satis declaratum relinquitur munus, & necessitas huius gratiæ, quatenus ad intellectum pertinet. Nam munus illius, quæ vox ipsa præ se fert, est actu mouere, & mouere hominem, vt rebus diuinis, & supernaturalibus afficiatur: necessitas autem partim prouenit ex ea generali ratione, quod homo non potest seipsum ad primam cogitationem mouere, partim ex potentia naturali hominis ad res supernaturales cognoscendas, propter quam necesse est, vt illa prima motio ex gratia procedat, & vtrumque significatum est ab auctore libri de Ecclesiast. dogmat. cap. 20. dicente. *Manet ad salutem querendam libertas arbitrij, sed mouente prius Deo, & mouente ad salutem, & ita initium salutis Deo operante habemus, & eandem sententiam continent, quæ supra ex Augustino retulimus, præsertim in q. 2. ad Simplician. vbi in fine addit. Voluntas nisi aliquid occurrat, quod inuitet animam, moueri nullo modo potest.* Hac ergo de causa præcedere excitationem in intellectu necesse est.

Dubium.

Affectio 4.
Non sufficit natura præcedit, dubitare quis potest, an præ-
apprehen-
sio, sed re-
quiritur iudicium im-
perfectum.

Quoniam verò in intellectu apprehensio & iudicium inuenitur, inter quæ apprehensio ordine natura præcedit, dubitare quis potest, an præ-
apprehen-
sio, sed re-
quiritur iudicium im-
perfectum.

uia hæc excitatio simpliciter necessaria in præuia apprehensione tantum consistat, vel etiam iudicium requirat. Respondetur nec sufficere apprehensionem solum, quæ non includat aliquam cogitationem rei apprehensæ, & consequenter iudicium aliquod, licet imperfectum, neque etiam requiri iudicium perfectum, & consummatum, quod cum perfecta cognitione, & deliberatione fit. Ratio prioris partis est, quia hæc excitatio talis esse debet, vt possit in voluntate aliquem effectum commouere, nam ad hunc finem datur, vt ex dictis allegatis Concilijs, & Patribus constat. Ad mouendum autem effectum, non sufficit quælibet apprehensio, sed necessarium est aliquale iudicium, vt nunc suppono. Ratio verò alterius partis est, quia ad primum motum voluntatis non requiritur perfectum iudicium: hæc autem excitatio intellectus satis est, vt proximè moueat voluntatem ad aliquem motum indeliberatum, qui solet primus appellari. Item perfectum iudicium de se supponit voluntatem applicantem intellectum vel ad perfectè considerandum, vel etiam ad ipsum iudicium ferendum; ergo non oportet vt tale iudicium præcedat in intellectu per modum puræ gratiæ excitantis, sed satis est, quod præcedat illa cogitatio, quæ ad inuitandum voluntatem sufficiat, & vt illa posita possit etiam voluntas applicare intellectum ad melius considerandum, quod facere poterit adiuuante gratia, quæ iam non erit purè excitans, vt ex dictis in superioribus declaratum relinquitur.

Ratio pri-
mæ partis.

Ratio secun-
dæ partis.

CAPVT VII.

*Verum gratia excitans in voluntate sit, &
qua sit necessitas, vel munus eius.*

1.
Status qua-
stionis &
ratio dubi-
tandi.

Ex dictis in præcedenti capite colligere aliquis potest excitantem gratiam in intellectu tantum, & non in voluntate esse necessariam: con-
sequens autem non videtur admittendum; ergo. Sequela probatur, quia tota illa necessitas fundata est à nobis in subordinatione voluntatis ad intellectum; ex illa verò solum colligitur necessariam

esse excitationem intellectus, quia illa posita potest voluntas se mouere, etiam ab alio in seipsa non excitetur. Confirmatur, ac declaratur, quia motus voluntatis, quicunque ille sit, supponit in intellectu sufficientem cogitationem ex necessaria, & quasi essentiali subordinatione: motus autem perfectè deliberatus voluntatis non habet hanc necessariam subordinationem, vel dependentiam à motu indeliberato, vt illum necessariò supponere debeat; ergo potest esse in voluntate motus gratiæ adiuuantis, seu cooperantis, qui sit plenè liber, & supernaturalis, etiam si in ipsamet voluntate non præcedat motus indeliberatus gratiæ excitantis. Quod autem sequela admittenda non sit, probatur, tum quia Concilia explicant hanc gratiam excitantem nomine inspirationis, & hanc dicunt esse necessariam: inspiratio autem motum voluntatis significare videtur, quem eadem Concilia tactum cordis vocant, tum etiam, quia videtur inde sequi error Pelagij, qui dicebat præuenientem gratiam necessariam ad bene operandum, tantum esse legem, & doctrinam. At verò si gratia excitans solum est cogitatio intellectus, solum deseruit per modum doctrinæ reuelantis, & proponentis voluntati bonum, quod amandum est.

In hoc puncto videri potest alicui non esse inconueniens concedere, excitantem gratiam non esse necessariam in voluntate, id enim iudicare videtur Alexander Alenf. 3. p. q. 61. mem. 6. art. 3. alias 7. memb. 3. dicit enim excitare liberum arbitrium esse effectum gratiæ. tamen quia liberum arbitrium est facultas voluntatis & rationis, excitare pertinere ad rationem, iustificare autem ad voluntatem. Vbi excitationem tribuit soli intellectui, & inter illam excitationem, & illum motum voluntatis, quo iustificamur, non videtur postulare aliquem motum indeliberatum voluntatis. Neque alij antiqui Scholastici, neque ipse D. Thom. aliquid de necessitate horum motuum indeliberatorum gratiæ, quæ in voluntate præcedere debet nobis, expressè crediderunt. Præterea non videtur hæc sententia aliena à mente Conc. Trid. nam licet illuminationem, & inspirationem nominet, indicat tamen esse eandem motionem, sicut enim ait in dicto c. 5. *Tangente Deo cor hominis per Spiritum sanctum illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, vbi quam vocauerat illuminationem, postea inspirationem vocat, & de illa vt de singulari motione loquitur.* Et ideo in Can. 3. ex parte gratiæ excitantis ac præuenientis solum inspirationem requirit, ad actus iustificationis: non omisit autem illuminationem, si illa esset distincta motio, cum sit maximè necessaria. Idemque argumentum sumi potest ex Concil. Arausic. c. 5. & 6. *Araus. vbi solum inspirationem requirit, cum tamen in 7. illuminationem, & inspirationem appeller. Videtur ergo eadem facta cogitatio vocari illuminationem quatenus afficit intellectum; inspiratio verò quatenus inuitat, & metaphoricè attrahit voluntatem.* Vnde etiam sumitur coniectura, quia per actum intellectus sufficienter excitatur ipsa voluntas motione, seu tractione metaphorica. Non ergo est necesse, vt excitetur quasi formaliter per inhærentem motum.

Neque etiam videtur ab hac sententia alienus Aug. nam in multis locis, quæ iam allegauimus, *Aug. necessitatem gratiæ excitantis ad sanctam cogitationem reuocat, vt lib. de prædest. Sancto. c. 2. & de bono perseuer. c. 8. Illam ergo censet esse sufficientem in ratione excitationis, vt in lib. de Grat. Christi, c. 13. vocat illam internam doctrinam, dicens, Si doctrina dicenda est, certè sic dicatur, vt alius, & interius eam Deus cum ineffabili suauitate credatur infundere*

infundere non solum per eos qui plantant, & rigant extrinsecus, & tract. 26. in Ioan. explicat verba illa Christi Domini. Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum, per alia dicta Petro ab eodem Christo Domino Matth. 16. Caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in caelis est; additenim Aug. ista reuelatio, ipsa est attractio: at reuelatio in intellectu tantum fit, & subiungit. Ramum viridem ostendis oui, & trahis illam; nubes puero demonstrantur, & trahitur quibus modis per solam cognitionem hanc gratiam declarat, & simili modo, circa eundem locum loquitur Cyril. lib. 4. in Ioan. c. 6. dicens, non vi quadam cogi, trahique fideles putandum est, sed monitione, doctrina, reuelatione ineffabiliter facta, ut ille solus nouit, qui dignos cognouit, & in c. 7. id confirmat ex alijs verbis Christi. Omnis qui audiuit a Patre, & didicit, venit ad me, Vbi enim (inquit) auditis, disciplina, doctrinaque adeo, ibi fides non vis, sed per suasionem oritur persuasio autem ad intellectum fit, qua per suasionem facta, immediatè sequi potest, cum adiuuante gratia voluntas credendi absque interuentu preiij motus indeliberati eiusdem voluntatis. Eandemque doctrinam circa eundem locum indicat Chrys. Hom. 45. in Ioan. dicens. Quomodo trahat hoc, Propheta prädixerat, quod erunt omnes docibiles Dei.

Denique sententia hæc nullo modo incidit in errorem Pelagij, nam Pelagius, ut ibi vidimus, gratiam solum ponebat in doctrina externa, quatenus naturali modo potest intellectum excitare, & instruere, hæc verò sententia requirit specialem illuminationem internam, quam Pelagius non agnoscerebat. Et ideo signacim addit Augustinus in citato loco, non solum per eos qui plantant, & rigant extrinsecus, (utique, ut dicebat Pelagius), sed per seipsum quod est proprium Catholicæ doctrinæ. Et hoc ipsum significauit Cyrillus in verbo illo, reuelatione ineffabiliter facta, non enim dicitur ineffabilis, nisi propter internum, & occultum modum diuinæ illuminationis. Et in eodem sensu dixit Chrysostomus, per illud verbum trahendi, non liberum arbitrium tolli, sed necessitatem diuini auxilij demonstrari. Vnde est aliud manifestum etiam discernimen, nam Pelagius præter illam suam gratiam externam, non admittebat gratiam adiuuantem, quam hæc sententia in voluntate requirit. Quod satis esse ad distinguendam Catholicam doctrinam à Pelagiana, docuit August. in dicto lib. de Grat. Christi cap. 47. dicens ad Pelagium, si consenserit nobis etiam ipsam voluntatem & actionem diuinitus adiuuari, & sic adiuuari, ut sine illo adiutorio nihil bene velimus & agamus, &c. nihil de adiutorio gratiæ Dei, quantum arbitror, inter nos controuersia relinquitur.

Nihilominus dicendum est, excitantem gratiam non solum in intellectu, sed etiam in voluntate infundi, ante ipsam voluntatem, seu deliberatum consensum supernaturalem. Hæc assertio certa est, & in intellectu ea continent omnes moderni Scriptores, est etiam in nim manifesta doctrina Augustini. nam ferè semper per pie cogitationi adjungit aliquem voluntatis motum, & specialiter lib. de prædicationat. Sanctior. c. 20. Cum Deus (inquit) vult fieri, quod non nisi volentibus hominibus oportet fieri, inclinari eorum corda ut hoc velint, eo scilicet inclinante, qui in nobis mirabili modo, & ineffabili operatur, & velle. Et ita intelligit illud Psalm. 118. Inclina cor meum in testimonia tua, & illud 3. Reg. 8. Fiat Dominus noster nobiscum, & inclinet corda nostra ad se, & illud Prou. 8. iuxta Septuaginta, preparatur voluntas à Domino. propriè enim preparatur voluntas per aliquid in se receptum, & non per solam intellectus cogitationem, & lib. 2. de peccator. merit. c. 17. & 18. duos effectus huius excitantis, & præuenientis gra-

tia declarat: vnus est, ut innotescat, quod latebat, aliud velle suauiter fiat, quod delectabat, quorum prior ad intellectum, posterior ad voluntatem pertinet, & vtrumque dicit pertinere ad illam gratiam, qua Deus adiuuat voluntates, quam gratiam ibi appellat *videlicet delectationem*. Et similiter in dicto lib. de Grat. Tertius. Christi cap. 13. dicit doctrinam internam in qua vocatio consistit, cum mirabili suauitate infundi. Quæ certè suauitas sine aliquo motu voluntatis intelligi non potest.

Præterea in lib. 2. contra duas epistol. Pelagian. cap. 8. dicit cupiditatem boni non incipere in nobis à nobis, sed à Deo, utique per excitantem gratiam, & in cap. 9. dixit hominem preparare cor, non tamen sine adiutorio Dei, qui tangit cor. Et in fine eiusdem capitis ait, Benedictio dulcedinis est gratia Dei, qua fit in nobis, ut nos delectet, & cupiamus, hoc est, amemus quod præcipit nobis, in qua si nos non præuenit Deus, non solum non persequitur, sed neque inchoatur in nobis. & similia multa habet in epist. 106. & 107. & alijs libris contra Pelagian. Latius verò, & apertius Prosper lib. contra Collector. cap. 14. explicando verbum Christi, Nisi Pater meus traxerit eum, multa enumerat, quæ partim ad intellectum, partim ad voluntatem pertinent, trahit (inquit) ad Deum contemplatio, & trahit cognitio diuinorum operum, & statim addit, animum audientis inflamat. Item trahit timor, trahit lætitia, trahit desiderium, trahit delectatio quæ omnia testimonis Scripturæ confirmat, & concludit. Quis perspicere, aut enarrare possit per quot effectus visitatio Dei animum ducat humanum? & similia multa habet lib. 2. de vocat. gent. cap. 26. vbi post multa quæ ad intellectum pertinent, concludit, & fidei affectionibus imbuendo. Et Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 8. dicit Deum primum inchoare in homine voluntatem bonam, deinde eandem voluntatem adiuuare inchoatam, & idem profertur cap. 14.

Ex quibus vterius addimus hanc gratiam excitantem, & voluntati inhzrentem, non solum vtilem, sed etiam necessariam esse in ordine humanæ iustificationis. Hæc assertio ex dictis Patribus, & testimonijs colligitur: nam in dictis locis sæpe de sed etiam gratia necessaria ad fidem, vel conuersionem loquuntur: & inde Conc. Trident. illuminationem, & voluntati inspirationem tanquam necessarias requirit, & certè nomine inspirationis impulsus aliquem voluntatis intelligere videtur, hæc enim significant illa verba, Tangente Deo cor hominis, nomine enim cordis voluntas significatur: dicitur autem Deus tangere cor per Spiritus sancti illuminationem, quia ex illuminatione intellectus statim refultat in voluntate motus aliquis, quo Deus tangit cor, & hic motus est etiam inspiratio, quam voluntas amplecti, vel despicere potest, ut Concilium ait, estque hoc consentaneum verbis illis Apocal. 3. Ego sto ad ostium, & pulso. Nomine etiam ostii voluntas significari videtur: nam per illam Deus ingreditur in animam, vel ab illa expellitur. Cum ergo dicitur Deus pulsare ostium, rectè intelligitur id facere mouendo & excitando non tantum intellectum, sed etiam voluntatem. Nam ex duobus quæ ibi statim subiunguntur, Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum; & licet primum ad intellectum pertineat, secundum proprium est voluntatis, illa enim est, quæ per liberum consensum Deo ianuam aperit; ergo ipsa est etiam ostium, quod per gratiam excitantem pulsatur. Et hic sumi potest prima ratio huius necessitatis, quæ sumitur ex naturali sympathia istarum potenciarum: nam sicut voluntas non potest excitari nisi medio intellectu, ita contrario posito in intellectu sufficienter excitatio, & non existente in intellectu sufficienti consideratione.

6. Quatuor.

Prosper.

Fulgent.

7. Assertio 2. Gratia excitans non tantum vtilis, sed etiam necessaria ad fidem, vel conuersionem loquuntur: & inde Conc. Trident. illuminationem, & voluntati inspirationem tanquam necessarias requirit, & certè nomine inspirationis impulsus aliquem voluntatis intelligere videtur, hæc enim significant illa verba, Tangente Deo cor hominis, nomine enim cordis voluntas significatur: dicitur autem Deus tangere cor per Spiritus sancti illuminationem, quia ex illuminatione intellectus statim refultat in voluntate motus aliquis, quo Deus tangit cor, & hic motus est etiam inspiratio, quam voluntas amplecti, vel despicere potest, ut Concilium ait, estque hoc consentaneum verbis illis Apocal. 3. Ego sto ad ostium, & pulso. Nomine etiam ostii voluntas significari videtur: nam per illam Deus ingreditur in animam, vel ab illa expellitur. Cum ergo dicitur Deus pulsare ostium, rectè intelligitur id facere mouendo & excitando non tantum intellectum, sed etiam voluntatem. Nam ex duobus quæ ibi statim subiunguntur, Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum; & licet primum ad intellectum pertineat, secundum proprium est voluntatis, illa enim est, quæ per liberum consensum Deo ianuam aperit; ergo ipsa est etiam ostium, quod per gratiam excitantem pulsatur. Et hic sumi potest prima ratio huius necessitatis, quæ sumitur ex naturali sympathia istarum potenciarum: nam sicut voluntas non potest excitari nisi medio intellectu, ita contrario posito in intellectu sufficienter excitatio, & non existente in intellectu sufficienti consideratione.

Prima ratio fundata in Scriptura. Posito intellectu sufficienter excitatio, & ab ipso suffi-

cienti confi-
deratione
ad delibe-
randum, ita-
tim confur-
git necessa-
rio in volu-
tate motus
aliquis cogi-
tationi in-
tellectus
proportio-
natus.

8.
Secunda ra-
tio. Volun-
tas per mo-
tus gratiæ
excitantis
aliquo mo-
do disponi-
tur & trahi-
tur ad per-
fectum con-
sensum.

Affor. 16.

Prosper.

Idem,

consideratione ad deliberandum, statim confurgit in voluntate necessitate quadam naturali motus aliquis cogitationi intellectus proportionatus. Nam si cogitatio est, v.g. de penis inferni, oritur timor; si verò est de diuinis beneficijs, resultat aliquis effectus amoris saltem imperfectus, & sic de cæteris. Quamuis enim isti motus non fiant sine intrinseco influxu gratuito, quia verò iam supponunt in intellectu priorem aliquam gratiam, cum qua habent cõnaturale quasi vinculum, ideo Deus consequenter concedit illum influxum in voluntate, illamque mouet modo accommodato ipsi naturæ.

Accedit alia ratio quæ præcipua est, quia voluntas per hos imperfectos motus aliquo modo disponitur, & paulatim trahitur ad perfectum consensum, vel immediatè, vel mediante intellectu, quod in prima gratia excitans intellectum per cogitationem alicujus virtutis credendæ imperfecta est, quia non statim repræsentat sufficienter omnes rationes credendi, & ideo necesse est ut voluntas afficiatur aliquo modo ad cogitationem illam, vel objectum eius, ut inde applicetur intellectus vel ad recogitandum, & expendendum ea, quæ audiuit, vel ad iterum audiendum, vel ad diligentius attendendum. Et hujusmodi videtur fuisse gratia data Lidæ Purpurariæ, cujus Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur à Paulo. Affor. 16. ut sumitur ex Prosper. lib. 1. de vocat. gentium cap. 23. alias 9. & contra Collator. cap. 3. & in epistol. ad Rufinum, & deinde verò crescente hoc modo cogitatione intellectus, creseit etiam ille indeliberatus voluntatis affectus, atque ita tendens eò peruenit, ut voluntas liberè, & efficaciter velit credere. Et hoc si quod Augustinus dixit, Deum trahere hominem ad fidem ineffabili suauitate, ostendendo quod non apparebat, & faciendo ut suauiter fiat quod non delectabat. Et sic etiam dixit Prosper libro 2. de vocat. gent. c. 16. Deum trahere hominem cor illuminando, & fidei affectionibus imbuendo, & cap. 14. contra Collator. Trahit (inquit) gestarum rerum cognitio, & diuinorum operum relaturæ cor audientis inflammant trahit contemplatio, trahit delectatio lectionis. Et quod de fide dictum est, ad dilectionem, & penitentiam, aliosque actus pietatis applicari potest.

*Declaratur & probatur ulterius, quia hic
modus excitandi valde conformis
est prouidentie, & necessarius in
natura lapsa.*

9. Estque hic modus excitandi, & trahendi animam valde conformis sapienti prouidentie Dei, & valde necessarius homini, præsertim in natura lapsa. Primum patet, quia vtraque potentia intellectus, & voluntatis, est de se valde improporcionata ad supernaturales actus, & ideo ad suauem prouidentiam pertinet paulatim illam subleuare, procedendo ab imperfecto ad perfectum, ergo sicut intellectus hoc modo dicitur à Deo præui gratia excitante, ita etiam voluntas. Vnde in ipsa hominis iustificatione hoc ipsum ordinariè Deus obseruat, ut descripsit Concil. Trident. sess. 6. cap. 6. ubi varios ponit actus ad vtramque potentiam, ex quibus aliqui sæpè possunt ad gratiam excitantem pertinere, ut diuino timore concurti, desiderium aliquod salutis concipere: & secundum patet, quia per originale peccatum non solum ignorantiam contraximus, sed multo magis inermittatem & imbecillitatem bene ope-

randi, ut rectè docet D. Thomas 2. 2. q. 109. art. 2. ad 3. & sumitur ex Augustino de nat. grat. cap. 63. & 1. Retract. cap. 9. ut exponitur ab eodem D. Thoma 1. 2. q. 85. art. 3. ad 5. Ergo sicut intellectus indiget excitatione propter ignorantiam, ita debet excitari voluntas propter difficultatem bene operandi: quæ ratio in sequenti magis explicabitur.

Tertiam rationem addunt aliqui, quia voluntas priusquam aliquem motum gratiæ excitantis in se recipiat, nullum habet supernaturale principium ad eliciendum actum supernaturalem perfectum, seu deliberatum: ergo indiget excitante gratia, per quam tanquam per proximum principium possit elicere deliberatum consensum, si velit. Antecedens supponitur, quia ante excitantem gratiam non præcedunt habitus infusi, neque alia transiens qualitas, quæ illorum vicem suppleat, ut in præcedentibus capitulis ostensum est. Consequentia verò probatur, quia voluntas non potest operari sine aliquo principio proximo, neque excitatio solius intellectus illi potest ad hoc munus deservire, quia est illi extrinseca, principium autem operationum intrinsecum esse oportet potentie operationem elicienti.

Hæc verò ratio vel nihil addit præcedentibus, vel efficax non est, neque subsistit, nam de duplici principio intelligi potest, scilicet morali, aut physico: si ergo solum intelligatur de principio moraliter attrahente, inclinante, aut etiam adiuuante voluntatem; sic hæc ratio nihil addit præcedentibus, quin potius etiam pia cogitatio intellectus dicitur falsim ab Augustino initium bonæ voluntatis, quia metaphoricè mouet illam, quæ est motio moralis, siue reducat ad causalitatem finalem, siue ad efficientem moralem, vel est consilium, monitio, reprehensio, & similia. In hoc verò genere magis proprium, & propinquum principium voluntatis est motus aliquis delectationis, aut timoris, vel desiderij ejusdem voluntatis, his enim moribus magis disponitur ipsa potentia ad ulteriorem consensum, & ad applicandum intellectum ad melius considerandum, & practicè iudicandum, ut declarauimus, & ob hanc rationem diximus esse necessarios hos motus voluntatis, quod perinde est, ac dicere esse necessarios, ut principia moraliter inducentia voluntatem. Et hoc sanè modo explicat vbiq; Augustinus necessitatem, & causalitatem istorum motuum, ut in locis allegatis videre licet, & maxime in 2. lib. de peccator. merit. cap. 17.

Si autem ratio illa intelligatur de principio physico, ut aliqui moderni illam intelligere videntur, mihi non videtur subsistere. Primo, quia gratia excitans per se, non ad hoc ponitur ut sit principium physicum efficiendi aliud, sed ut formaliter, exciteet & vigilare faciat potentiam, & ideo per se habet ut motus sit actus secundus & elicitus, non quod sit eliciens, voluntas seu producat, quod magis pertinet ad actum primum. Secundo, quia esse principium physicum consensum magis pertinet ad gratiam adiuuantem, ut infra videbimus. Quod si quis dicat eandem gratiam excitantem fieri adiuuantem, quando concurrat cum potentia ad consensum, eito hoc verum sit in proprio genere moralis adiutorij, ut infra videbimus, nihilominus de adiutorio physico (ut sic dicam) gratia hoc dicitur, quia hoc valde accidentarium est ad proprium munus, & necessitatem gratiæ excitantis. Tertiò hujus religionum est, quia etiam si supponatur impotentia supernaturale principium physicè sufficiens ad supernaturalem actum, adhuc est necessaria gratia excitans, ut capite sequenti dicemus. Et patet in puero baptizato ad vsum rationis perueniente nam licet

Incipit habitus infusus, excitandus est, vt possit actu credere, vel amare. Vnde fit etiam proportionem illam in dicta ratione assumptam, quod excitatio non supponit habitus infusus, non esse in vniuersum veram, nam interdum potest ita esse, interdum non esse. Ex quo potius colligitur gratiam excitantem siue in voluntate, siue in intellectu, non requiri vt sit principium physicum alterius actus. An verò quali concomitanter id habeat, saltem quando deest aliud physicum principium, controuerti potest. Id tamen commodius infra tractabo, & ostendam excitantem gratiam hanc, physicam efficiantem per se non habere. Nunc scilicet addo necessitatem illius principij, non rectè probari, ex eo quod voluntas non potest dicere actum supernaturalem sine prauo principio physico supernaturali sibi inhirente, nam ipsummet actum gratie excitantis elicit finale principij, vt illimet Theologi non negant, & capite præcedenti à nobis ostensum est, vbi consequenter diximus, quod idem contingere possit in primo actu supernaturali, & libero, quod iterum in dicto loco magis ex professo examinabitur.

Non omittam autem aduertere quosdam alios
excellentioribus Theologis sentire imprimis gra-
tiam excitantem esse necessariam, vt voluntas ha-
beat principium intrinsecum, quo possit efficere
liberum actum supernaturalem; nihilominus ne-
gare principaliter hoc esse ipsos actus indelibera-
tos, quia vnus actus immanens non est principium
formale effectuum alterius. Et ideo dicunt ter-
tio, excitantem gratiam non consistere forma-
liter, & essentialiter in his actibus indeliberatis;
sed in motione virtuali, & efficaci; per quam tan-
quam per principium formale Deus operatur in
nobis tam indeliberatos actus; quam deliberos
supernaturales. Vnde quarto addunt huiusmodi
actus indeliberatos non ex necessitate accedere
perfectam conuersionem; etiam si gratia excitans
ordine naturæ necessariò illam antecedeat.

14. Veruntamen tertiam istarum propositionum
iam supra impugnauimus; & ostendimus esse fal-
sam. Relinquitur. *Resoluitur.*
Tertia pro- *inquit.* prater communem Scholasticorum modum
loquendi, & explicandi, gratiam excitantem so-
lum videri inuentam ad introducendam illam
motionem virtuosam, & efficacem; contra quam
Admiratur *secunda.* aliqua iam supra diximus, & plura in hoc lib. 3.
& infra dicturi sumus. Hac igitur tertia propo-
sitione rejecta, & retenta secunda, quam veram cen-
semus, prima non potest subsistere, quia nulla re-
linquitur gratia, quæ possit esse principium for-
male efficiendi actum deliberatum; iamque est à
nobis ostensum, & iterum infra probandum est;
tale principium inhaerens potentia non esse sim-
pliciter necessarium ad eliciendum actum; sed
tunc solum quando potentia connaturali modo;
seu ex habitu operatur.

15. Quartum verò dictū horum Theologorum ego
 Quarta in- absolūtē, & sine vlla limitatione affirmare non au-
 probatur: derem, necesse esse admitterendum. Nam concilia
 satis expresse docent: gratiam illam preuenientem;
 quæ tangit cor per illuminationem, & inspirationem,
 esse absolūtē necessariam ante perfectam conuer-
 sionem peccatoris; vel ante voluntatē credendi;
 ita enim loquitur Concilium Arausicum
 Araus. Can. 4. 5. 6. & 7. Et Concilium Trident. cap. 5. &
 Trident. Can. 3. Et eodem modo Augustinus eundem iusti-
 ficationis, & initij eius ordinem ponit. Vnde merito
 Cardinalis Bellarminus lib. 6. de Grat. & lib. 7.
 Nidam. arbitri. cap. 15. ex professo probat, ex Conciliis, &
 Patribus sine gratia excitante, quam ipse in dictis
 actibus inchoare ponit, nullum modū pietatis fieri posse;
 & tacitè reprehendit Vegam, qui lib. 6. in Trident. cap. 7. ausus est dicere, cum sola gratia

adiuvante siue excitante posse interdū iustificatio-
nem perficere, cum tamen Vega per gratiam excitantem non intelligat, nisi prædictos motus, & eam-
dem sententiam nominat Vega reprobat Vasquez
1.2. disp. 85. c. 3. in fine & Valent. 2. tom. disp. 8. punct.
3. §. 1. in fine. Sed de hac opinione Vega iterū capite
sequenti dicam, nunc tantum assero gratiam illam
excitantem, quæ Deus incipit cor movere per actus
non liberos, cōmuni & ordinaria lege esse simplici-
ter necessarias ad perfectos; & deliberatos actus
supernaturales, quibus ad iustitiam disponimur
efficiendos.

Neque contra hanc resolutionem obstant con-
jecturae quæ in contrarium fiebant, quia de Concil.
Trident. iam dictum est, quomodo sit intelligen-
dum, nam inspiratio per tactum cordis explicatur,
& eodem modo intelligendum est Concilium A-
rædicanicum. Augustinus vero sub pia cogitatione
intellexit, seu comprehendit bonum affectum vo-
luntatis, qui vel cogitatione intellectus excitatur,
vel vicissim illam promouet, & explicatum est, &
ad eundem modum explicanda sunt alia loca Au-
gustini, quamuis non semper verumque modum de-
clarat, non enim id semper necessarium est. Et eodẽ
modo intelligendi sunt alij Patres exlicantes ver-
bum *trahendi*. Nam licet interdum illam trahiti-
onem explicent per verba pertinentia ad intellectum,
quia inde incipit trahitio, non excludunt motus vo-
luntatis sequentes cogitationem intellectus, & vim
trahitiõis consummantis. Et hoc modo à Pelagio,
qui in vtroque errauit, recedendum est.

Nihilominus amen propter rationem dubitan-
di prius propositam exultimo necessitatem huius
modi pro actu vitali non liberum, non esse
tam absolutam, & per se in voluntate, sicut in in-
tellectu, ita docuit finalia declaratione P. Vasquez
tom. 2. disput. 38. cap. 1. in fine. Ratio autem est, quia
non est tanta subordinatio, & causalitas per se inter
actum indeliberatum, & deliberatum eiusdem vo-
luntatis, quanta est inter actum non liberum intel-
lectus, & liberum voluntatis. Nam hæc posterior
provenit ex intrinseca natura talium potentialiũ, &
in genere causa finalis, & quasi formalis ex parte
objecti, est quædam dependentia essentialis inter
iplos actus. Hæc autem non invenitur in prioribus
actibus eiusdem voluntatis, sed ibi necessitas ori-
tur ex imperfecto modo, quo homo procedit in
suis actibus ab imperfecto ad perfectum. Et fortas-
se hæc necessitas veltota, vel maior ex parte pro-
venit ex imperfectione præsentis status nature lap-
sæ, vt in capite sequenti magis explicabo. Declara-
tione denique, quia de potentia absoluta, seu per mi-
nistimum raculum, vel extraordinarium auxilium non ap-
paret repugnantia, vt ita proponatur immediate
a Deo fides, & iudicium credulitatis eius in intel-
lectu, vt possit voluntas statim moveri actu delibe-
rato, ac perfecto ad volendum credere; quia neq;
motus indeliberatus nec apparet necessarius ali-
qua sufficienti ratione, neq; videtur habere locum,
cum tam perfecta aduertentia intellectus, nec de-
nique scit tarda molimina Spiritus sancti gratia, vt
vel non possit ita totaliter illuminare perfecte in-
tellectum, vel statim etiam voluntatem ad delibera-
volum ad adiuvare. Quia vero hic modus delibe-
randi, & iudicandi multum superat connaturale
modum operandi hominis, præferat in natura
lapsa, ideo in hoc statu communi lege accenditur
voluntas, & motetur per actus indeliberatos,
priusquam perfecte cõsentiat.

At vero vt aliqua gratia excitans in intellectu non procedat ante primum motum deliberati voluntatis, nec per miraculū fieri posse videtur, quia, vt suppono, fieri non potest, vt voluntas in incognitū feratur. Sicut P. Molinam in concordia absolute dixit.

Vega.

16.
Refellentur
conjecturæ
in contra-
r. ū sup. n. 2.

17.
Assertio 3.
Quæ satisfaci-
rationi
dubitandi
sup. n. 1.
P. Vasquez.

Neceſſitas
gratiæ exci-
tantis in vo-
luntate po-
tiſſimum
prouenit
ex imperfe-
ctione Ita-
lus naturæ
apſæ.

P. Molina
mens eluci-
datur.

dixisse, de potentia absoluta posse in nobis fieri per gratiam actus supernaturales, & perfectos sine his præuiis motibus excitantis gratiæ. Sed ille procedit in eo fundamento, quod gratia excitans nunc solum requiritur ut principium per se efficiens illorum actuum, & ideo consequenter ait, Deum posse per se supplere illam efficientiam sine principio creato. Nos autem non credimus esse illud munus gratiæ excitantis, ideoque non solum credimus posse Deum illam efficientiam supplere, sed etiam de facto ita facere, quoties voluntas, non ex habitu, sed disponendo se ad recipiendum habitum operatur. Et ideo necessitatem gratiæ excitantis ex proprio eius munere aliter sumimus, ut declaratum est, & hanc necessitatem ex parte intellectus tantam esse inuenimus, ut per solam efficientiam Dei in voluntate suppleri non possit, quia illa necessitas non fundatur tantum in efficientia, sed in causalitate aliquo modo formali, seu objectiua. Ideoque recte dixit August. de prædest. Sanct. c. 2. neminem posse credere nisi prius cogiter esse credendum, illa autem cogitatio est excitatio, de motibus autem voluntatis facile illam sententiam admittimus, ut iam dixi.

August.

19.

Assertio
Excitatio gra-
tia esse po-
test etiam
in parte
sentiente.

Ultimò addendum est gratiam hanc excitantem non solum esse posse in intellectu, & voluntate, sed etiam in parte sentiente, vel quantum ad phantasiam, seu cogitativam, vel quantum ad appetitum: nam utriusque potentia dispositio multum confert ad motionem superiorum potentiarum, quia intellectus pendet ex phantasia, & ideo phantasia conuenientium obiectorum, & bona coordinatio illorum, maxime conducit ad intellectus illuminationem. Similiter voluntas per quandam concomitantiam afficitur iuxta affectus appetitus, ut sunt timor, complacentia, spes, & similes, qui omnes maxime subfunt Spiritui sancti moti: nam altero modo potest illos excitare, quam sensibilia obiecta sufficiant, & ita pertinent hæc ad gratiam excitantem, quæ doctrina est conformis Augustino, in citatis locis, præsertim de Spiritu & liter. & ad Simplicianum; solum aduerto hos motus appetitus, vel phantasiam interdum redundare ex actibus deliberatis voluntatis, & intellectus, & tunc magis pertinere ad gratiam adiutantem & subsequenter quam ad excitantem, quia iam sunt à nobis aliquo modo liberè operantibus saltim per quandam emanationem, seu concomitantiam; aliquando vero se habent hi motus antecederent ad omnem consensum liberum, tunc proprie pertinent ad gratiam excitantem, quamuis remotè, & imperfectè. Suntque valde viles, & moraliter necessarij spectata humanæ naturæ conditione; simpliciter verò non sunt ita necessarij, sicut intellectus, aut voluntatis excitationes, quia non efficiunt ipsasmet potentias à quibus supernaturales actus perfecti eliciuntur, neque proximè illas disponunt, ac præparant, & alioqui potest Spiritus sanctus immediate operari intellectu, & voluntate per illas potètijs inferiores excitando potius, quam è conuerso. Denique ad hoc genus reducuntur externæ occasiones bonæ, & motiones externorum obiectorum, ut sunt prædicatio Euangelij, iuxta illud 2. Petr. 13. *restram excito commotione sinceram mentem*, exempla Sanctorum, & similia, quæ licet ab Augustino disputante contra Pelagium sublegetur, & doctrina, magis quam sub gratia soleant comprehendere, nihilominus generatim dicta continentur, ut in principio huius materiæ dixi. Et aliquo modo iuuant, quamuis per se non sufficiant, iuuant autem ut instrumenta, quibus Deus utitur ad homines internè excitandos, & ideo ad gratiam excitantem reuocantur, ut ex Augustini sententia sæpe in superioribus dixi, præsertim lib. de Spiritu & liter, cap. 33. lib. 1. de peccatorum meritis & remissione cap. 22. & q. 2. ad Simplicianum.

2. Petr. 3.1.

August.

CAPVT VIII.

Utrum gratia excitans sit necessaria solum ante fidem, & alios habitus infusos, vel etiam post illos.

Hæc quæstio necessaria visa est, tum ad magis explicandum munus, & necessitatem gratiæ excitantis, tum etiam, quia est vnum ex punctis hoc tempore controuersis occasione eorum, quæ Molina in sua concordia docuit. Supponimus autem ex dictis in capite præcedenti, absolute loquendo, neminem posse ad Deum conuerti, nisi præuia excitante gratia. Id enim apertis verbis definit Concilium Tridentinum sess. 6. can. 3. *Si quis dixerit sine excitante, & adiuvante gratia, &c.* & Trident. Augustinus lib. octoginta trium quæstionum, q. 18. dixit, neminem posse venire ad Deum nisi admonitum, & vocatum, & lib. 2. de peccat. merit. cap. 18. ait ideo scriptum esse Deum operari velle in nobis, quia sine ipso excitante, & vocante nihil possumus. Quæ sententiæ, & definitiones non possunt explicari regulariter, velut in plurimum, tum quia est in contra vim Conciliorum, & Patrum, qui contra Pelagium absolutam gratiæ necessitatem ponunt in gratia excitante, & in adiuvante: non obstante autem hac necessitate in explicatione, & applicatione illius ad diuersos casus opinionum diuersitatem inuenio ad quos explicandos varios status hominis in ordine ad Dei excitationem, & vocationem distinguo.

Primus est eorum, qui nunquam exterius, vel interius vocati sunt, & de his nulla est in præsentia quæstio: nam illi indigent maxime diuina excitatione, & hoc nimirum docent Concilia: quomodo autem possint hi homines hanc vocationem obtinere libro sequenti videbimus. Secundus status est hominis semel ad fidem sufficienter vocati, qui vocationi resistit, & credere noluit, retinet tamen vocationis memoriam: nam si penitus fuisset illius oblitus, perinde reputaretur, ac si nunquam illam habuisset. In tertio statu ponimus hominem non solum vocatum ad fidem, sed etiam iam credentem, ac proinde habentem habitum fidei infusum, vel etiam habitum spei nam quoad hoc utriusque est eadem ratio. Et in hoc statu potest moueri quæstio de necessitate excitationis, vel ad eliciendos actus fidei, & spei, vel ad eliciendum actum contritionis, & se disponendum ad iustificationem. Quartus denique status esse potest hominis iam iustificati.

Prima ergo opinio esse potest, gratiam excitantem in solo primo actu esse simpliciter necessariam, in reliquis verò esse posse vtilem, non tamen necessariam, saltem ad conuersionem. Ita sentit Vega lib. 6. in Trident. c. 7. ut in ultimis verbis aperte declarat, dicens. *Neque nos solum adiuantem gratiam posse sufficere concedimus in alijs, quam in fidelibus, sufficere concedimus in alijs, quam in fidelibus, vel in eis, qui iam aliquando beneficio gratiæ excitantis ad fidem, aut conuersionem suam exstimulati sunt, nono stimulo non indigent.* Et ideo cum Concilium dicit, peccatores excitante, vel adiuvante Dei gratia conuerti c. 5. & veramque esse necessariam can. 3. Vega exponit, ideo dictum esse, quia est communis & tria via conuersionis, & penitentia peccatorum, & in illis qui non essent vel fide iam illum nati, vel cerè iam aliqua excitante gratia præuenti, ut raq. gratia est necessaria. Omisissis autem, quæ pertinent ad duos ultimos status, quæ alijs sententis communia sunt, quoad secundum statum potest fundari